

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 265. Violatio sigilli confessionis semper est mortali peccatum, seu  
mortalia, seu venialia dumtaxat peccata in specie Confessarius revelet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

Monasterio, multos esse proprietarios, vel impudicos. Vel ex omnibus pueris, quas audivit, paucas esse virgines. Vel tuus pœnitentia iratus dicat, non vi qualis sis. Vel Superiori dicat, unus de familia tua fornicationem commisisti, vel apostasiam meditatur, &c. His namque modis omnibus, vel manifester persona pœnitentis, vel audientibus via aperitur veniendi in cognitionem aut suspicionem illius.

## CAPUT CCLXV.

*Violatio sigilli confessionis semper est mortale peccatum, seu mortalita, seu venialia dumtaxat peccata in specie Confessarius revelet.*

<sup>2855</sup> **S**igillum confessionis est obligatio strictissima, secreta servandi ea que in confessione sacramentali sunt cognita. Haec obligatio non solum est ex iure Ecclesiastico, can. omnis utriusque de penit. & remissi ( ubi dicitur: qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum presumperit revalere, non solum a sacerdotali officio depонendum discernimus; verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in Monasterium dorrendum) verum etiam ex iure naturali (quaesunque tenetur depositum sibi secretum servare) atque ex strictissimo iure divino obligante graviter, in omni proflusca sua, etiam vitanda mortis, vel danni totius Reipublicae. Quia sic Christus instituit, ut communis est Catholicorum omnium sensus, idque in reverentiam & confidentiam hujus Sacramentum, ne scilicet Sacramentum hoc alias redderetur odio sum, ab eoque homines directe vel indirecte retraherentur, sicque in aeternam damnacionem precipitarent. Ad quod præcavendum tam sancta est obligatio sigilli, ut nullam proflus ob causam, quamlibet gravem, licet, absque consensu pœnitentis, revelare audita in confessione, fave in vita, fave post mortem ipsius.

Atque hinc patet, sigilli violationem esse Sacramento graviter injurias, adeo que mortale peccatum, etiam si peccatum dumtaxat veniale in specie reveletur. Quia per talem revelationem odiosa redditur venialia confessio, ab iisque confitendis homines retrahuntur.

<sup>2857</sup> **D**ixi in specie. Neque enim sigilli infrauctor censetur, qui pœnitentem veniale (in genere) sibi confessum dicit. Cum nemo ad confessiones accedat, nisi peccatum saltem veniale Sacerdoti deponeat. Caveat tamen, dum plures audivit, dicere: Tunc sola mihi venialia confessus est; ne tacite innuat, alios sibi lethalia confessos, atque adeo sigillum indirecte violet.

## CAPUT CCLXVI.

*Sigillum confessionis non violat Confessarius, nec secretum prodit, absolutionem negando quibus oportet, vel eam differendo, ad hoc ut pœnitentis ad eam, sicut & ad Communionem, per dignos pœnitentia fructus interim se disponat.*

<sup>2858</sup> **P**robatur 1<sup>o</sup>, quia alias sigillum secretumque confessionis Ecclesia (absolutionem pluribus Iepè annis differendo) per duodecim secula violasset. Quod dici nequit.

<sup>2859</sup> **2<sup>o</sup>**. S. Carolus Sacerdotes obligasset ad illud violandum, infinitis propè casibus, quibus absolutionem differri voluit usque ad vitam emendationem.

<sup>2860</sup> **3<sup>o</sup>**, violasset illud Concilium Augustinianum anni 1548. ab Othono Cardinale collectum, dum cap. 19. de penit. & remissi, multis de caulis Communionem à Confessario negari, vel differri jussit.

Tom. III.

fit, etiam ob peccata ordinaria, ut ebrietatem, furtum, alcarum usum, inimicitiam erga proximum, &c. decrevitque quod post unius quilibet Confessor, cui cura sunt anima libi confitentium, pro peccatorum magnitudine & gravitate, sidem sibi confitentibus, seu filiis confessum suæ, ex causa, quæ sibi justa videbitur, ad tempus sacræ Communionis interdicere, eique tales confitentes morem gerere debent.

<sup>2861</sup> **4<sup>o</sup>**, non est cur sigillum violetur per negationem, vel dilationem absolutionis, utpote tam secreta, quam confessio ipsa. Neque per dilatationem Communionis, utpote quam pœnitentis celeste potest. Et ut innotescat, sciri nequit an differatur ex humilitate, vel timore reverentiali, an ex praecipto Confessarii, an alia de causa, v. g. ob defectum jejuni.

<sup>2862</sup> **5<sup>o</sup>**, absolutio vel neganda, vel differenda est in multis casibus ab omnibus admisis. Nec tamen sigillum tunc violatur. Ergo nee violatur, eam differendo in casibus controversiis.

<sup>2863</sup> **6<sup>o</sup>**, sigillum non magis violatur per dilatationem absolutionis, quam per impositionem pœnitentie gravis, v. g. ieiuniū in pane & aqua, &c. Si cur enim quis tunc suspicetur tale jejuniū esse injunctum à Confessario, ob peccatum grave confessum, temere suspicatur (cum multis aliis de caulis taliter quis jejunare posset) ita quis (in casu dilatæ confessionis) ex eo quod animadverterat confessum non communicate, suspicetur id fieri ex defectu absolutionis, temere suspicatur: cum multis aliis de caulis à communione quis abfluere posset. Et siue ob temerarias ejusmodi suspiciones Confessarius abstinere non debet ab imponendis pœnitentis criminibus proportionatis (ut Tridentinum prescribit) ita nec abstinere debet a differendo absolutione, dum ex gravi causa, seu etiam ex necessitate differendam ipse iudicat.

## CAPUT CCLXVII.

*Sigilli confessionis obligatio oritur ex omni & sola confessione sacramentali, saltem inchoata, etiam si absolutione secunda non sit, ob defecum doloris vel propositis emendacionis.*

<sup>2864</sup> **P**er confessionem sacramentalē, ea intelliguntur, quam pœnitentem facit bona fide, intendendo facere confessionem à Christo institutam, in ordine ad absolutionem consequendam. Siquis proinde accedat ad pedes eius, quem bona fide putat Sacerdotem, cum non sit; vel accedat ad pedes Sacerdotis non approbat, bona fide putans approbatum; vel accedat ad pedes approbati Sacerdotis, eo animo, ut secundum Christi institutionem se accuset coram eo, velut Christi locum tenente, sed sine contritione sufficiente profiso, ut ab eo joyetur & diligatur in ordine ad absolutionem suo tempore obtinendam, hujusmodi confessio sacramentalis est, ex eaque oritur obligatio sigilli. Alias fidelibus fiducia tolleretur, & confessio odio reddeatur. Et hoc est quod Alexander III. significat cap. quod quidam extra de penit. & remissi, ubi Episcopo Bellovacensi prescribit: quod quidam ad confessionem de criminibus veniunt, & quanvis confiteri velint, se tamen affrunt abstinere non posse. Consultatione tua taliter responderemus: quod eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus confititum exhibere. Quia licet non sit vera bujusmodi pœnitentia, admittenda est tamen eorum confessio, & crebris & salutibus monitis pœnitentia indicenda.

Aliud effet si peccator ad pedes Confessarii accederet, non ex intentione faciendo confessionem à Christo institutam, sed fictam & dolosam, non ut absolveretur, vel dirigereetur in ordine ad abs-

K k k 2